Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

et helene commune est. Et simul si dicetur par est ne tota
oratio eiusdem sit speciei. Fluunt autem demonstrationum exor-
dia ex laude aut uituperatione. Ut gorgias in olympica orde
admiratione dignum apud multos est o greci laudat enim eos
qui celebres solempnitates constituerunt. Socrates uero uituperat
qui uirtutem corporis muneribus honorarunt. Prudentie autem
nullum certamen posuerunt. Et a consilio: ut si quis dicat: probos
uiros colendos esse. ac ideo te aristidem laudare: non eos qui
nec probantur nec improbantur sed eos qui cum probi sint latent.
ut alexandre priam. Hic enim consulit. Preterea undecumque
exordiis id aut est ex iis que ad auditore sunt. si aut de re
noua preterque opinionem habeatur oratio: aut de difficili:
aut de prolugata ut ignoscendum sit: ut thorilogus dicit. Nunc
vero cum omnia sorte distributa sint. Demonstratiue igitur
omnis exordia ex his sunt ex laude: ex uituperatione: ex horta-
tione: ex dehortatione vt que ad auditorem sunt. necesseque
est uel aliena uel propria esse que uiam omnis faciunt. Iudi-
cialia uero exordia idem possunt: quod fabularum prefationes et
poesis exordia. Sed dithyrambiorum demonstratiuis similia sunt.
ut illud propter que te atque munera tua ymo predat. In omnibus
aut atque poesi future omnis mostratio sunt ut auditores
non sint suspensi: sed prestiant qua de re habetur oratio
Nam quod indeterminatum est in exordem adducit. qui ergo
principium quasi in manu dedit: is facit ut auditor retentio
orationem sequatur. Propterea poeta dixit: Iram pande mihi.
dic mihi musa uirum. et dux mihi musa sit: quoniam pacto ex asiatica
tellure bellum in europam in gens irrupit. Tragici quoque
fabulam significant: quis no statim: ut de euripides In
prefatione tamen ipsa significat sicut et sophocles. mihi pater
polybus erat. Comedia enim eodem modo. Exordio ergo
id proprium opus est maxime quia necessarium: finem ostende
ipsum: cuius gratia oratio habetur. Struere si patet: et
res parua sit: no est utendum exordio. Ceterum uero genera
quibus utuntur communia remedia sunt: que uel ab ipso dicente
ducuntur: uel ab auditore: uel a rebus: uel ab aduersariis.